Skłodo Minilis Regni Glis Donatio

Coram officio et Actis praesentibus castren. Capitan. Bracen. personaliter Comparens Nobilis Jacobus olim Joannis Wrzemierzki Bratowski et Nobilis Sophia ... filia olim Martini consors vero ips. Bratowski Sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Alberto Skłodo Minilis Regni Glis filio olim Jacobi Skłodo et ips. posteris Bona sua Omnia mobilia et immobilia in haereditate Skłody consisten. sibi per ... Helisabeth Skłodowna matrem suam iure perpetuo inscripta seu alio quovis modo et iuris titulo concernen. devoluta Ubiq. penes mettam Nobilis Joannis Rustro iacen. in areis hortis agris pratis campis sylvis borris stagnis pascuis aquis et cum Omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus attinen. Omniq. iure suo Dominio proprietate propinquitate ac titulo haerdi nihil sibi et suis successoribus seu alij cuipiam reservando sed prout praefata bona in suis limitibus extendunt et prout eadem ipsi tenuerunt habuerunt et possidebant perpetuis temporibus pura mera syncera et irrevocabili donatione dedit donavit ac inscripsit Cui iam ex nunc Intron. realem cum pacifica possne per Mitem Regni Gntem et ... suos acceptandam dat et admittit. Submittendo se cum suis posteris de omnibus bonis memoratum Donatarium et eius posteros iure Commisserum ab omni impedimento Iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum per et ultra omnes Commissiones Terrestres tueri defendere evincere eliberare et ipsi per se et per submissas personas non iniuriare. Sub damnis Terribus ... taxatis. Et Coram officio ... in primo Iudicii termino perentoria decisione Omnibus Contrarijs exceptionibus Allegan. evasionibus dilationibus quibusvis Actionibus ac earum prosequutionibus alijsq. in Universum iuris remedijs et defensis legalibusq. impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Ob. abscribendo et abrenunciando. Personali sua recognitione in praemissis mediante.